

E P I S T O L A

bus, animantibus præsertim, ad sacras egregie & eleganter sanè, trahit atque accommo-
 dat. Et ego alium etiam eiusdem authoris, nõ
 editum hæctenus, Physiologi titulo librũ ma-
 nuscriptum habeo: in quo ex professo ductas
 ab animalium numero XXXIX. naturis si-
 militudines explicat: quæ alio tempore, si di-
 vina fauerint, edam. Tu in præsentia, amico-
 rum optime & candidissime, exiguum hoc mu-
 nusculum boni consules: quod propter multa
 maximaq; beneficia in me tua, quibus subin-
 de & oblectare me, & lucubrationum mea-
 rum labores promouere pergis, qualecunque
 gratitudinis specimen, aut potius pignus ac
 publicum obligationis meæ χεῖρόγραφοῦ tibi
 offero: & rogo si quid in Græco exemplari,
 cui emendationes quasdam ex cõiectura dun-
 taxat mea marginibus adieci, mutandum iu-
 dicaueris, pro tuæ in Græcarum literarum co-
 gnitionis rerumq; naturalium omnium excel-
 lentia, de eo liberè candideq; vt soles, me com-
 monefacias. Videor quidem mihi sententiam
 saltem authoris, si non verba, ubiq; ferè con-
 secutus, vno loco excepto: qui est capite duo-
decimo